



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

3 Sola voce nequis condemnari mulieris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Ne is qui inuitus aliquod fecerit homicidium, extra ministerium est. Siquidem lex ait a de eo: [Quia Deus dedit eum in manus eius.] Manus ergo eius, instrumentum modo, diuine ultionis ministerium prebuerunt. Levites igitur minister remissionis est. Percussor autem, qui tamen non ex dispositione, sed prater voluntatem fecerit homicidium, diuina cum interficitur impius, Christus infunditur, & ubi abominatio aboletur, sanctificatio confectur 1; quia Dominus dixit: b [In ea die, qua interfecero omne primogenitum Aegypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Israel.] Quod non ad unum diem afflictionis Aegypti referes, sed ad omne tempus. 2.

1 ¶ Consecratur] Apud B. Ambrosium legitur, congregatur. 2 ¶ Omne tempus] Post hac in originali sequitur c. cum remittitur. infra 32. q. 1.

Cum itaq, qui inuitus hominem interfecerit, minister Dei sit; cum innocens furere periret, morti nequaquam obnoxius sit; cum subter demerens, coram, qua facit, reatum minime respiciat, patet hunc sacerdotem homicidii reum non esse: unde, nec sacerdotis priuari debet.

Obicitur autem illud, quod est in penitentiali Theodoro c.

C. XII. ¶ In se reuersus penitentiam agat, qui insipientem occidit.

I. Si quis insipientem aliquem occiderit, si ad sanam mentem perueniat, leuiores ei penitentiam imponenda est. ¶ In concilio Veromaticensi, & apud Barchardum, & Veronam hac confessio, quam ei, quifama mente tale quid commisit.

Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria culpa ad furorē perduxit. ¶ Item obicitur. Sunt quidam, que esse non impediuntur ad penam, tamen impediunt sacramenti significationem. Ambrosio namq, parentum filio non impunitur, ad penam: cui tamen obest ad ecclesiam minus accipiendum. Sic que mente aliena sunt, esse non impediuntur ad penam, tamen sacri muneris executionem impediunt.

C. XIII. ¶ Innocens est, qui non iratus, sed propter disciplinam casu, aliquem interfecit.

Unde Hieronymus ait, c.

II. Si quis non iratus, sed propter disciplinam, palmam alicui dederit, & euentu occiderit, sicut fieri solet, quantum ad gratiam, innocens est: quia voluntatem, non opus requirit. ¶ Quantum autem ad legem, reus est: quia opera requirit. ¶ Item si in persecutione virgo fuerit oppressa, repellitur lege: quia opus inspicit, non voluntatem: in gratia autem quasi virgo suscipitur: quia non opera quærit, sed voluntatem.

¶ Verba huius capiti usq, ad vers. Item si in persecutione, leguntur in homil. 28. opera imperfecti, ad c. 11. Matthei. Reliqua autem & forte eadem isti leguntur, & similia in com. B. Hieronymi in adro 11. cap. Marti. Ista autem profusus B. Hieronymus verbis rescribitur infra 22. q. 3. c. de pudicitia, vers. siue.

Sicut ergo qui propter disciplinam casu homicidium fecit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam innocens: sic iste sacerdos, qui furere homicidium fecit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad suscepti muneris executionem reus probatur. ¶ In ita respondetur. Non omnia que ordinandum impediunt, ordinatum deiciunt. ¶ Non enim potest ad sacerdotium probati, qui aliquando insauit. Verumtamen si post sacerdotium furere cepit, non ideo sacerdotio caret: nisi forte nauquam ad sana mentis officium illud redire contingat. ¶ Sicut g de quodam Episcopo Gregorius scribit in registro ad

a Exod. 21. Deut. 19. b Num. 3. c. In conc. Veromaticen. c. 28. d Barch. l. 6. c. 25. Ius pas. c. 114. e Auctor operu imper. in Mattheum, hom. 21. f 32. q. 3. de pudicitia. g 7. 1. quoniam.

Eucharistiam Episcopum [Quarum tristis sit vobis, etc.] ut sit in causa. [Longa inuoluntate gratatur.]

QVÆSTIO II.

Pro impensis vero patrocinii in Tarraconensi concilio clericis exigere munita prohibetur: in quo fit statuta de clericis, c. 20.

C. I. ¶ Pro patrocinio impensis clericis munita exigere non debet.

Oblervandum quoque dicere, ne quis sacrum vel clericorum, more secularium iudicium, pro impensis patrocinii munera audeat accipere. a, nisi forte in ecclesiis gratiū oblati: que non favore munita videantur accepta, sed collatione devotionis illar. ¶ Quod si quis ista b probatur accipere, veluti exactor licentiarum aut usurarum possessor, secundum statuta parum hinc veni degradandum.

Hec autem de illis intelligendone est, qui canonice iurati sunt, regulariter se cultori propofuerunt. Operantur namq, consuetudine receptam est, & moribus approbatam, ut utantur ad votatum patrocinia impendant, & pro impendendis exigant, & pro impensis suscipiant.

QVÆSTIO III.

Terio quæritur, an ex mulieris confessione ipse sit condemnatus. In quo primo videandum est, an videri possit accusare valeat. Quod facti canonibus munita esse prohibetur. Generaliter c. enim statutum est ex domo biani Rapa, ut sacerdotes Domini non accipiant, nec in centum, qui sui ordinis non sunt, nec esse possunt. Munita solum ad sacerdotium, sed nec etiam ad diaconatum permittuntur. Unde nec sacerdoti accusare, nec in eis esse iudicium vultus quoz, cautum est, ut vobis viderendum sit, si vobis pro alio non intercedat: nisi forte ius, vel iustitiam persequi voluerit. Hec a autem, que nec ius, nec iustitiam persequitur, ad hanc accusationem admitti non potest: contra qui iudicis personam gerere vult, ad accusationem non remouetur. Mulieres autem in reo testimonio populi non casu, quicquam librum iudicium legit, reguntur non possunt, itaq, ad accusationem remoueri possunt, quas etiam iudice proprio frequenter esse constitit: nec illa fore discretionem forentem ab accusatione prohibentur. ¶ In ita respondetur. In reo e c. multa permittuntur, que hodie persecutione quæritur sunt. Cum enim mulieribus olim permittitur populi testimonio hodie pro peccato, quod mulier induxit, ab Apostolo I in reo recundari, vno subditus est, in signum subsistentia reatu habere. Quæ ergo hie omnibus vno subiecta esse ostenditur, alio possulare non conceditur, ad accusationem admittenda non dicitur. Ecce, quæquam passim & indifferenter ad accusationem mulier subire non prohibetur.

C. I. ¶ Unde in libro codicis nono, tit. 12. l. 1. Diocletianus scribit, g. dicens. De crimine quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri accusare non permittitur, nisi centis excedat id est, si suam, suorumque persequatur iniurias: quod iudicium antiqui h. juris statuta tantum, de quibus supra dicitur eis concessum est, non exacta subleuacione, sed aditus prezes provincie imprius examinat, ut patet, si crimen, cujus accusationem mulier subire non potest, beat.

In aliquot versibus exemplaribus ad vobis quæritur, cap. sane, nulla est distinctio capitulorum.

a al. exigere. b al. ita. c. 2. q. 7. f. 1. d. ff. de reg. iur. l. farrina. e. l. 4. f. 1. g. 1. qui accusare non possunt. h. al. antiquitus statuta.

C. II.

Item in libro digestorum, Paulus lib. 2. de adulteris, a tit. de testibus. l. 11.
Ex eo quod prohibet lex lula de adulteris testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur etiam mulieres in iudicio testimonium dicere non habere. Item Digesti, titulus de accusatoribus & informis. lib. 2. c. Non est permittit mulieri publico iudicio quemquam reum facere: nisi filicee parentum, liberorumque, & patrum, & patronæ, & eorum filii, filiaque, nepotis, neptive mortem exequatur.

C. III.

Enis de causis concessa est mulieribus publica accusatio: veluti in mortem exequantur eorum, eorumque, in quos ex lege publicorum iud. testimonium inviter non dicunt. Item & in lege Cornelia testamentaria tenus statuit: sed & de testamento patrum liberi, vel matrum, mulieribus publico iudicio dicere permittitur. Item Papillus est confilio tutorum patris mortem; item pupillæ avi sui mortem exequi concessum est lege testamentaria. Nam & de Patris quidem testamento pupillis agere divus Vespasianus permisit. Sed etsi non exhibentur tabula, per interdictum possunt experiri. Codicis de iur. quæ accusare possunt, d. vel non. lege quarta. Imp. Alex. Dionysio. Vxor tua, si conlobrini tui necem vindicandam exstimat, adeat præfidem provincie. In digesto ad legem huiusmodi legi aliter. Papinianus libro secundo responsorum. e. In quibus iuris Majestatis etiam mulieres volumus. Et confirmationem denique Lucii Catilinae Fulvia mulier detexit, & M. Tullium consulem iudicio suo induxit.

Quæstio de iudicio ad accusatorem publicorum iudiciorum, vel lege maiestatis admittitur, eadem accusatorem feminam subire non prohibetur.

C. IV.

Lege maiestatis, & publicorum iudiciorum, & feminæ accusatio equaliter proponitur.
Unde in primo lib. Codicis, Imp. Leo Armenio præfido Frat. l. 29. §.

Sanè b quisquis hanc sanctam & venerandam antecessit sedem pecuniam intervenit subisse, aut si quis, ut alteram ordinari vel eligere, aliquid accessit detegitur, ad iustitiam publici criminis, & læsæ maiestatis accusatione proposita a gradu sacerdotii retrahatur. Nec solum hoc deinceps honore privati, sed perpetuo quoque infamiam damni decernimus: ut eos, quos facinus par conquisit & sequitur, utroque similis poenâ committetur.

Com autem sacri canonibus accusationes omnino submoventur, quæ lege sacri non efficiantur: & diverso videtur admittenda, quæ lege sacri non prohibentur. Verum hoc non inferitur. Quæcumque enim clericorum sacri canonibus neque contrahere prohibentur, & legibus imperatorum. Non canonibus confitentur omnium apostolorum leges admittuntur, quæ non confitentur omnium præbiterum: legibus vero non solum canones & leges: & canibus autem canonibus quibusdam accipiuntur, quæ lege sacri non astringuntur, sed de iudicio circa huiusmodi operum institutionem præmissis. Item legibus imperatorum in ecclesiasticis negotiis utendum est: quæ sacri canonibus obviare non inveniuntur. Unde autem sacri canonibus mulier ab accusatione læsæ maiestatis & feminæ ostenditur prohibita, aut præmissis rationibus ad

a. Digesti. l. 1. c. 1. b. al. de iudic. c. lib. 48. tit. 2. d. 1. d. lib. 1. tit. 1. l. 1. uxor. c. lib. 48. tit. 4. l. in qua. f. quædam. h. Causa sacri si quis. orig. i. al. instar. k. Digesti. c. 1.

huiusmodi accusationem admittenda prohibetur. Næ quisquam distinguere quærat, ad abortum, non ad sacerdotum accusationem in hoc casu feminæ mulieres esse admittendas. Cùm enim generaliter legibus hoc eis permissum invenitur, nisi quis specialiter alia quæ lege hoc prohibendum ostendit, ejus distinctio locum non habebit. Verum cum contra generaliter regulas quædam crimina specialiter excepta sint, in quibus mulier accusare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur: patet quod huiusmodi accusatio dupliciter infirmatur, & quia fornicationis crimen invenit, & quia dum de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet.

¶ Legibus enim] Discrepantia hæc legum & canonum supra non est. Sed fuisse in hanc opinionem venit Gratianus ex quibusdam verbis novelle vigesima secunda, quæ in vulgari editione habetur, c. 2. tit. de nuptiis. §. sed & si quis inter reverendissimos constituit clericos, (ultra lectorem aut cantorem dicimus) omnino contraxerit nuptias, hunc ex nostra constitutione cadere sacerdotio constituitur, atque volumus. Iulianus autem antecessor eadem novella 22. mon. 27. illud, supra lectorem & cantorem, expone, veluti Subdiaconus & Diaconus. Hæc autem canonibus istam impium prohibent. Et Leo in ca. lex continetur. sup. dist. 31. feri istem verba usus est, quibus Iustinianus in novella, & nomine lectorum omnes minores ordines significavit.

C. V. ¶ Rei professo adversus quemlibet admitti non debet.
Unde Iulius Papa a scribit in decretis, c. 17. dicit.

Neminis b (præterquam i de crimine læsæ maiestatis) de se confessio credi potest: & super crimine alienum: quoniam ejus arque omnis rei profectio periculosa est, & admitti adversus quemlibet non debet.

¶ Præterquam de crimine læsæ maiestatis] Hæc exceptio in nullo ex locis indicatis habetur, præterquam apud Anselmum.

Quia ergo ista de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet, sed contra eam sua confessio interpretanda est.

Q. V. A. S. T. I. O. I. V.

Quod verò die Dominico nec Episcopo, nec Presbytero causam aliquam ventilare liceat, in Tarraconensi concilio prohibetur, quo fit. Innocentius dist. 4. c. 1. ¶ Ministris ecclesiæ die Dominico causas ventilare non debent.

¶ Illius die Episcoporum aut Presbyterorum, vel clericorum die Dominico propositum cuiuscunque causæ negotium audeat ventilare, nisi hoc tantum, ut Deo statuta solennis peccant. Ceteris verò diebus, convenientibus personis, illa quæ iusta sunt, habent licentiam iudicandi, excepto si criminalia.

C. II. ¶ Solemnibus diebus, & legitimorum jejuniorum secularia placita non agantur.
Item ex concilio apud Ephesum r habito, præfate Rege Henrico.

Placita & secularia Dominicis diebus, vel aliis præcipuis festis, seu etiam in his diebus, in quibus legitima jejunia celebrantur, secundum canonicam constitutionem minime fieri decernimus. Insuper etiam sancta synodus decrevit, ut nulla iudicialia potestas licentiam habeat sua auctoritate Christianos ad placitum bannire in supradictis diebus, id est, septem dies ante Natalem Domini usque in octavas Epiphaniæ, & a Quinquagesima usque in octavas Paschæ, & septem dies ante natiuitatem sancti Joannis Baptiste: quatenus ad eundem ecclesiam, orationibusque vacandi liberius habeatur facultas.

a. Et Dionysius, epist. 7. b. Anselmus. c. 27. l. 1. c. 111. Pam. l. 4. c. 29. c. al. oportet. j. al. debet. d. l. 1. c. 22. e. al. iudicare. f. al. exceptu criminalibus negotiis. g. Burr. l. 1. c. 1. l. 1. c. 1. h. & j. fortasse.